



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

III. Ametnè Deus pro statu conditionatæ futuritionis conditionata
contingentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

22 Controu. IV. de Voluntate Dei,

obiectum adequatum sunt) complacet: ergo complacet necessario de creatis cunctis possibilibus. Objectionem hanc cum aliis primæ conclusionis impugnacionibus non posuimus: quia præ ipsius debilitate omittitur decreueram: ne tamen minus gnari, qui nobiscum post hac senserint, ea non præiudicia in disputationibus turbentur, nego minorem. Ad quam probandam in nostra sententia de Dei Omnipotentia prorsus à possibilitate creaturarum absoluta nullum aduersariis medium suppetet. In Suarj verò opinione de eius cum ipsis connexionem, non ita difficile ad illam probandam fundamentum reperietur: maxime à paritate cognitionis eiusdem Omnipotentie, quæ ipso fatente in cognitis possibilibus esse nequit: cuius disparitas non admodum ad manum est. Sed eam Soarista hac in parte querant; sua refert non mea. Tamen ex dictis hæcenus haud difficulter assignarem: quia possibilia, quæ talia, veritatem sufficienter terminantur cognitionis habent, non autem bonitatem: quæ in re, non in cognoscente, esse debet iuxta S. Thom. supra.



QVÆSTIO III.

Ametnè Deus pro statu conditionata futuritionis conditionata contingentia.

Eneratim de omni contingenti conditionato inquirimus, tam creato, quam Diuino; de vtroque ex eisdem ferè principiis definiendum erit.

CERTAMEN I.

Nonnulla pro questionis expeditione clariore.

1. **E**X dictis Controu. 2. d. 5. q. 2. de medio materiali Scientiæ Dei de conditionatis nostris contingentibus constat, quam conditionatorum contingentium creatorum nomine intelligenda proprie in præsentis questione veniant; atque naturales & necessarios effectus naturalium causarum, ex necessitate naturæ operantium, quæ tales, eo nomine non claudunt, quantumvis verbis quandoque futuritionem conditionatam sonent: v.g. Si ignis debite applicetur suprà, eam ignefaciet: quæ tantundem valet atque hæc propositio: Ignis debite applicetur, ignefacietur natura sua est: quæ sane obiectiva veritas statum possibilitatis, & essentia, ac prædicatorum essentialium ignis non prætergreditur: illa ergo solum conditionata creata proprie sunt, ut citato loco diximus, quæ vel arbitrij creati actus immediati sunt, vel aliquem ex ipsis supponunt, foreque sub aliqua conditione dicuntur, quia reuera, si ea adhiberetur conditio, forent; cum tamen possent sub illa etiam conditione non esse.

2. Quoniam verò causarum naturalium effectus, & si respectu ipsarum contingentiam nullam habeant, quia ad operandum illos determinatæ, ac nusquam indifferentes de sese, & natura sunt; tamen respectu Dei, cuius arbitrio eiusmodi causæ naturales subordinantur in operando, contingentiam habent: quandoquidem causarum naturalium determinationi, & exigentiæ ita annuet rerum omnium Deus arbiter, & Dominus, ut non annuere absolute pro suo libito potuerit; & sic etiam naturalium causarum effectus respectu Dei in statu absoluto contingentiam absolutam habent: quare, & respectu eiusdem sub conditione, sub qua Deus exigentiæ causarum annuet, annueret, si adhiberetur, contingentiam proprie conditionatam absolute habebunt: unde, & sub ea conditione in conditionatis

contingentibus creatis proprietate sermonis absolute continentur.

3. Cæterum, si decretum concurrendi cum naturalibus causis ex parte conditionis, & hypotheseis ponatur effectus, & actio necessariè veritatis, ac non contingentis, adhuc conditionatæ erunt. Cum autem pro multo statu, nisi à causa totali, & adæquata sufficienter ad statum effectus posita, ac præsupposita, possit effectus consistere, ut patet, in statu possibilitatis, vel absolute futuritionis; atque Dei decretum partialis essentialiter requisita causa cuiusvis creati effectus sit, sit naturalis effectus contingentis conditionatæ veritatis formalis proxime esse non posse; sed cum mediata à conditionata decreti concurrendi Diuini quo causarum naturalium exigentiæ libere Deus annueret, si hæc vel illa conditio adhiberetur: Quare nil de conditionata futuritione effectuum naturalium examinandum hic est, præter ea, quæ occasione creatorum actuum liberorum de libertate etiam conditionatis actibus Diuinis dixerimus.

4. De Dei igitur ac rationalium creaturarum actibus liberis, siue arbitrij eorum decretis, & affectibus, qui sub aliqua hypothese (quæ absolute apponitur vel non apponitur) essent, quæstio versatur; hæc enim sola proprietate sermonis futuritionem conditionatam formaliter proximè sortiuntur: reliqua verò, quæ à Dei, vel nostri affectibus, ac decretis necessariò proueniunt formaliter proximè, & in se, sicuti contingentiam non habent, sed solum mediata atque à nostri, vel Diuini arbitrij actibus mutuo acceptam; ita formaliter proximè, & in se proprietate sermonis futuritionem conditionatam minime sortiuntur. Quare nihil de eis in se sumptis disputandum, definiendumque in præsentiarum erit, præter ea, quæ de nostris, Diuinisque decretis, & voluntatibus, quarum illa conditionatam futuritionem secundario solum participant, disputabimus, ac definimus.

Cum autem circa suos, ac nostros etiam conditionate futuros, proximè formaliter liberos actus multisque actu voluntatis suæ versari Deum possit intelligi: primo, vel pluribus eorum actibus erga futura contingentia conditionata, vel sua, vel nostra versetur, versariue Deus absolute possit? examinandum hic venit. Affectus autem Diuinæ Voluntatis (quod ad præsentem attinet) in complacentiam simplicem de eiusmodi conditionata contingentium futuritione; atque in eadem desiderium partitione primæ sufficienter dividitur: & complacentiam quidem scientia de eorum conditionata futuritione necessariò præcedet. Desiderium verò cum de eo, quod nondum cognoscitur esse in eo statu, in quo desideratur, ut sit, esse debeat, nullatenus conditionatam de conditionata contingentia futuritione, quæ desideratur, supponit; sed solum tantum simplicis intelligentiæ de possibilitate contingentiæ actus sub conditione illa. Denique desiderium inefficax, & inefficax de eiusmodi conditionata contingentia futuritione subdiuiditur.

CERTAMEN II.

Doctorem Placita, inconsequentia, & debilia fundamenta notantur.

1. **D**e affectu complacentiæ Diuino erga omnia proximè, & formaliter contingentia, conditionata futura, tam Diuina, quam create voluntatis cum Deo concedere ij omnes debent, qui ipsius de omnibus possibilibus necessariam complacentiam, vel liberam, sicuti de aliquibus eorum quæst. 1. asseruerunt. Verum ex eo qui complacentiam necessariam de conditionatis contingentibus negant. Cum quibus noster Alarcon. 1. tract. de volunt. si enim entitatis, & pedissequæ beatitudinis entitatis eiusdem rerum pro diuersitate statuum possibilitatis præcisiue earum ab statu existentie absolute earum satis habet, ut pro eo etiam statu Deo necessario placeant, in statu plane diuerso ab vtroque illo, utrumque

conditionate futuritionis, vt Deo placeant, satis habebunt. Secundo: si quid eorum argumentum pro complacentia de possibilibus à paritate scientiæ ipsi valet, pro complacentia de futuritione conditionata à paritate scientiæ mediæ de ipsa aequè valeret: atque item à veritate pro eo statu obiectiur sufficienter terminare scientiam, & si absolute res pro neutro statu sint, ad bonitatem entitatum earum sufficienter terminare complacentiam Diuinam pro statu alterutro videretur consequentia tenere.

1. Vtque argumento cum suo Magistro Vasquez Diuinam de possibilibus, qua talibus, & necessariam complacentiam statuit Alarcon. d. eadem: quare eisdem hic ad hominem vexatur. Respondet autem ex testimonio sancti Thomæ recitato à nobis, q. 2. cert. 1. n. 5, & cert. 4. n. 2. veritatem rerum in intellectu esse, bonitatem verò in rebus, quia veritas, inquit Alarcon, est conformitas cognitionis cum obiecto, quæ in cognitione ipsa, & intellectu est. Sed in primis, sui valde immemor, ita respondet hic Doctor cum eandem solutionem, eodemque testimonio sancti Thomæ datam argumento vtrique negantibus Deo possibilem complacentiam multis, vt insufficientem confuter cum nostro Vasquez. Secundo veritas, de qua argumentum vtrumque procedit non est de veritate formali cognitionis, de qua solum est huius Doctoris solutio; sed obiecti, siue obiectiua bonitate pro eodem statu, ac subinde à cognitione ad amorem illius pro statu eodem consequentia deducitur. Quare extra rem respondetur: & eandem sancti Thomæ testimonia de obiectiua veritate, & bonitate, atque vtriusque differentia sunt, vt explicitius quæst. 2. certam. 1. num. 10. 3. ostenderes in pondum absolute existentibus veritatem obiectiuam esse scens bonitatem obiectiuam aliquo voluntatis actu antegrediibilem.

2. Sed aduertendum hic est. Doctores, qui per extrinsecum aliquid volitionis liberæ Dei libertatem constituent, nullam liberam Dei volitionem complacentiæ, vel desiderij circa futura conditionata posse defendere. Neque enim extrinsecum aliquid sufficienter libertatem eius volitionis constituent designare possunt; cum nihil extrinsecum Deo præter conditionatam contingentis futuritionem sit assignabile, quod, vt instantia satisfaciens iam ostendimus, est insufficientis, sed aliud connotatoris aliquot, ac pro eis sepe à nobis impugnati Complectentes Recentiores, futuritionem conditionatam contingentis satis esse ad scientiæ mediæ libertatem constituendam in nostræ Societatis Schola. Ergo ad constituendam libertatem Diuinæ circa illam volitionis: quod enim illa secundariò tantum libera sit, hæc autem primariò, parui ad rem præsentem videretur referre. Sed enim refert tanti, vt, si res ab ita respondentibus, & instantibus penetraretur ita respondere, & iustare nullquam auderent.

3. Esse enim scientiam mediæ secundariò tantum liberam, est nullam ex parte actus, siue ex parte sui habere libertatem; sed solum mutuatam ab obiecto: quare, & eiusdem omnino rationis, immo identitatis, cum libertate ipsius: ac proinde, cum huius libertas absoluta non sit, sed mediâ inter absolutam necessitatem, & libertatem, scientiæ actualis de ipso solum modo libertas conditionata est: quare, & mediâ non solum inter scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis, sed etiam inter absolutè liberam, & absolutè necessariam à nostrâ Scholâ nominatur, vt diximus atque ab oppositis expedimus Controu. 2. d. ult. q. vltim. Esse autem actum aliquem primariò liberum est, non ratione sui, quocirca implicat aliquem actum primariò absolute liberum esse: (vt volitio Dei erga futuritionem contingentis conditionatam libera absolute esse debet) quia libertatis absolute talis constitutum habeat: eiusmodi autem esse nequit futuritio conditionata contingentis, vt patet: siquidem eius libertas absoluta non est, & quæ absolute sit, sed solum, quæ esset, si conditio poneretur. Concluditur ergo constituentes Diuinæ volitionis libertatem per extrinsecam connotata nullatenus posse liberam Dei erga futura conditionata contingentia volitionem defendere, vt notabamus.

4. Circa desiderium Diuinum conditionatæ futuritionis, tam efficax, quam inefficax, variæ etiam sunt Theologorum sententiæ. Recentiores Thomistæ Dominicani efficax Dei desiderium eiusmodi contingentium futuritionis necessarium prorsus esse docent, vt eorum conditionata apponatur futuritio, & si reclamantibus ex ea familia, & Schola Primoribus, vt vidimus Controu. 2. d. 5. q. 2. Alij verò, & si ad status conditionatæ futuritionis consistentiam efficax desiderium de ipsa opus esse negent; tamen pro arbitrio, & perfectione voluntatis liberæ Diuinæ, concipi à Deo eiusmodi efficax desiderium de contingentium futuritione conditionata fatentur. Tertia verò sententia, censens desiderio illo efficax Dei de contingentis conditionata futuritione, eam futuritionem, siue pro statu etiam illo libertatem euentis, Deo repugnare docet. In hæc sententiam iuit Arrubal noster 1. p. d. 4. 5. qui, cum libertatem decretorum Dei per extrinsecam connotata constituit, videaturque in futuritione conditionata satis absolutam decreti huius libertatem non esse ad absolutam eius decreti reuelationem, ad contingentis conditionati promissionem recurrat, quæ tamen, cum reuelatum decretum liberum supponant, nequit eius libertatem constituere.

5. Secundo: promissio contingentis conditionati non supponit necessariò decretum actuale Dei de illo præstatum sub ea conditione, sub qua promittitur, vt patet in concubinario, qui sacris initiatur, castitatemque verè, & valide promittit, cum animo promittendi, non tamen seruandi castitatem, immò verò cum opposito perseverandi in concubinario. Secundo: quia ad fidelitatem promissionis illius (at est promissus stare, vbi conditio, sub qua promissum est occurrat: quare opus non est decreto actuali, illud sub ea conditione implendi, & si ob Dei veritatem assertio- nis promissoria decretum de opposito, siue de non implendo excludatur; maxime, cum Deus se promissis sub ea conditione decreto efficaci omnino conditionato statutum optime nouerit. Confirmatur: quia idcirco obiectum formale fidei, quo Dei promissis assentimur, scientia infallibili Dei de eorum futuritione, eiusque veracitate constare aequè, atque obiectum fidei, qua Dei credimus assertis, communis Theologorum sententia est: ex quibus contra Arrubalem concluditur per promissiones conditionatas nullatenus decreti actualis de futuritione conditionata rei promissæ formalem, vel adhuc virtuale reuelationem contineri.

6. Negant verò decreta Diuina vt arbitror efficacia (quæ sola decreti nomine sermonis proprietate dicuntur) de conditionatis contingentibus Vasquez 1. p. d. 67. cap. 4. num. 21. d. 8. 3. cap. 4. num. 21. atque alibi sepe. Noster Henriquez tom. 2. lib. vltim. de fine homin. cap. 4. num. 2. & 3. Alphonsus Mendoza Augustia, in quodlib. q. 7. Scholast. conclus. 5. num. 13. Curiel controu. 7. ad cap. 4. Sap. art. 4. num. 118. Belarius Episcopus Merens. opusc. cont. dogmata Caluini pag. 62. Herize tract. 1. d. 7. capit. 7. Alarcon, Granad. d. 7. de volunt. vbi proximè, atque omnium doctissime Magister meus Didacus Daza, id quod probabilius censent Bañez, & Zumel ad 1. p. q. 14. art. 6. Refertur à nonnullis pro eadem sententia Molina ibi art. 13. d. 1. 5. 17. & 18. quatenus negat Deum cognoscere sua decreta conditionata, quod si decreta absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte obiecti, quæ sane ex purificatione conditionis absoluta inferrent decreta, admitteret, hæc eadem sub conditione fore ignorare non posset. Cæterum fundamentum hoc leue est, vt pro hac sententia Molina referatur. Neque enim ideo negat Deo suarum conditionatarum voluntatum scientiam, quia determinatam futuritionem conditionatam non habeant, mediūve cognoscendi illa deficiat: sed ne purificata conditione in eis à Deo concipiendis ex præhabita ab ipso de illis conditionata scientia deficiat libertas. Stat pro hac sententia apertus Suarez noster rom. 1. de gratia Prolegom. 2. cap. 5. id quod de facto solum negare videtur, sicuti opusc. 2. de scientia futurorum sub conditione negat, quia absque fundamento de facto esse in Deo assentiri, atque posse à Deo eiusmodi decreta concipi. Prælect. de volunt. Diuina d. 1. sect. 2. num. 10. vbi actuale Dei voluntatem de hominum rectâ vitâ, & salute conditionatam

natum vocat, id quod multo Patrum in 1. ad Timothei. *Omnes homines sancti saluti fieri*, & rationum pondere, communique Theologorum sensu fuisse probat 1. p. lib. 4. de predestinatione. cap. 7. Quia in re statuitur a doctrina etiam contradicti, nempe Christiani medium de quous conditionatio contingenti omnis profus actuali Dei decretum precedere. Hoc autem decretum actuali de furatione conditionatio contingens sola simplicis intelligentie de eius possibilitate precederet. Secundo ex eadem statuta ab iplo doctrina inferitur furationem cuiusvis contingens conditionatam ante omnem Dei volitionem, & affectum Diuine menti, & voluntati representant. Quare de ea deherendum nullum, nedum efficax conceptu posse, quod de iam preognoito & prehabito haberi recipiat, illoque gaudio, & complacentia Diuine de praconita contingens furatione non conditionatio locus erit, sicuti de prehabita, & preognoita furatione aboluit. Mito alia circa voluntatem Dei de creata vita, & salute hominis polita fubicienda certam, 3. vbi nostras circa presentem questionem non conclusiones producemus.

9. Euangeticitatis 3. fundamentum ex repugnantiâ decreti circa conditionatâ, quorû conditiones purificandæ non sunt, & decreta absolutâ de non purificandis eorum conditionibus: quo decretum Dei absolutum de non appendendo contingenti ipso, vel includitur, vel infertur, et autem nagatoriorum, & fraudulentum, Deoque subinde repugnantia, aliquid efficaciter velle sub conditione, quam, cuiusque effectum vult efficaciter non esse. Cum enim scientia simplicis intelligentiæ de conditionis, & effectus sub ipsâ possibilitate priori decretum contingentis illius sub conditione à Deo habeatur, ex quo plane ad purificandum, pro posteriori conditionem nullatenus tenetur: & si de ea purificanda decretum posterius non succedat, immò verò succedat de ea non purificanda decretum, nec hæc, nec negatio decreti de purificandis conditionis primo decreto ex parte obiecti conditionato repugnat: quare eo posito postea alterutro modo ex hoc, vel illo fine pro posteriori representato alterutro modo circa conditionem, citra omnem, vel mutabilitatis, vel fraudis speciem se gerere. Atque hæc quidem locum habent contra præfatos Doctores, & insuper. Complentes nostros, & si è solo Dei arbitrio conditio purificanda, vel non purificanda sit: in eis enim conditionibus à creato arbitrio, & libertate ponendis demum, vel non appendendis, & que proinde præfixæ à Deo pro simplici intelligentiâ, & ante omnem scientiam mediâ priori nequeunt, ne vmbra quidem obiectæ difficultatis, & repugnantia apparet.

II. Quantum denique fundamentum est quo pignus nobis voluntatis, de conditionalis continguntur, quas omnes; & aduerfarij etiam palam admittunt? folet responderi non, nisi ex duplici imperfectione conditionis non, nisi ex duplici imperfectione à nos concipiuntur, quæ si à nobis abessent, nullum contingens aliquid libi conditione decerneremus. Primum ignorantia de absoluta appositione, & purificatione conditionis, & tempore, quo purificatione. Secunda tarditas intellectus, & voluntatis nostræ ad deliberandum, ac subinde recte deliberandi, & statueri in libis, atque inopinatis euentibus, qui promissionis deliberationem requirunt, difficultas, ac male deliberandi ac statueri periculum. Si enim nihil aliud sciatia, consilio, nutu, prouidentia nostræ eueniret, & simul atque eueniret expeditum, ac promptissimum de tunc agendis consilium prudens, & recte deliberationem habiturus nos certo affirmamus, & decreta illius circa agenda ex euentum hypothetici quaquam curaremus; immo recte negligereamus, ac pro illis euentibus antea concipere. Ergo, cum Deus, & euentus aliquis ignorantia, & recte deliberandi statuendi, difficultas deficiant, erunt ipsi eiusmodi decreta de conditionatis contingentibus impossibilia.

13. Postrema denique sententia in re ipsa
Deum voluntate desiderij inefficacis in conditionem
contingentium futuritorem ferri absolute posse
factoque fieri in nonnulla. Hanc non verissimum
tamus, vti conclusioibus certam. 3. denari, ex
candis, & ostendendis constat. Eam vero noluit
Vasquez cinque afflicis aduerari Complutensis
Castillo tract. de scientia, & Recenciores Complutensis
de voluntate, in manuscriptis; varique eius loca con-
gruere.

gerunt, quibus, vel formaliter, vel virtualiter, & illarum huc doctrinae suae conclusioni præfenti aduersæ contradiere contendunt. Et illarum quidem illa loca in quibus admittit in hominibus voluntates de obiectis conditionate contingentibus nempe, 1.2. d.42. c.7. num.20. ad cuius marginem plura alia loca notantur in editione 2. Complutensi d.116. c.2. & d.165. atq. eiusmodi vota esse simplicia Societatis, & 3. p. d.124. à se reatos asserentes eius conditionis fuisse Beatæ Virginis votum ex voti conditionati ex parte obiecti, repugnantia non impugnat.

14. Sed hæc quam inutiliter ad contradictionem doctrinæ Vasquianæ referantur, constat ex disparitate nuper à nobis inter Deum, & homines assignata, & ex aliis ab eodem Vasquez datis 1. part. d.67. cap.4. §. *Item ad rationes*: formaliter verò sibi contradicens citatur ex pluribus locis, quibus ait Deum voluntatem communem salutis omnium si recte viuatur, indeque ad rectè viuendum auxilia & sufficientia, & efficacia sepe conferre. Voluntas autem illa, & de conditionato obiecto est, vt patet, & complacentia simplex non est, sed desiderium, cum ad medium, nempe auxiliorum, appositionem Deum applicet, quod complacentia sola præstare nequit. Verum Vasquez locis aliis cum his conciliandis efficax solum desiderium de contingentibus conditionatis Deo negat; his verò inefficax solum concedit in quibus nulla repugnantia intercedit. Porro eadem ratione Soarj nostri inconsequentia notata à nobis numer.7. componi facile possunt, vt scilicet decreta eiusmodi efficacia solum Deo neget, inefficacia vero concedat, cuiusmodi in eius sententia est voluntas Dei communis de omnium nostri salutem, quam defendit locis illis ex relectione illa de voluntate, & ex prima parte notatis.

CERTAMEN III.

Postrema Sententia variis conclusionibus explicata probatur.

1. Dicendum est primo contra sententiam primam. Nulla de contingentibus conditionatis complacentia sine necessitate, siue libera Deo adesse potest. Bifida hæc conclusio quoad primam partem de creatis contingentibus probata in simili est, quæst.2. quia, & si in eo statu admittamus in rebus sufficientem bonitatem gaudij & complacentiæ de illa concipiendis: tamen cum simpliciter infinita non sit, sed potius limitata, Deum ad sui gaudium de ipsa, quasi sui impotem, necessario non rapit, vt de bonitate possibilem arguebamus. Quoad secundam verò partem, immo, quoad utramque, probatur vniuersim. Quia nullum contingens sufficientem gaudij, & complacentiæ de ipso concipiendæ bonitatem pro statu conditionate futuritionis suæ habet; quandoquidem non habet actualem, & absolute talem bonitatem, de qua solum complacentia, & gaudium esse potest; ergo repugnat complacentia de contingentem pro eo statu conditionato: quæ his respondet, opponique possent præoccupauimus in simili quæst.2. Certam. 4.

2. Dicendum secundo de nullo contingentem formaliter proximè tali pro statu suæ conditionate futuritionis potest Deus decretum habere, siue desiderium efficax, vt sub tali Hypothesi, & conditione sit, à quocunque conditione apponenda fuerit. Conclusio citatis Doctoribus Dominicans & nostris certam.2. numer.5. contradicit: est verò Doctorum recitatorum numer.7. atque vniuersim, tam de creatis actibus formaliter proximè liberis, quam de increatis, & Diuinis procedit. Quia verò parte Dominicans contradicit, & ab authoritate, & ratione plus satis monstrata, demonstrataque est Controu. 2. disp. 5. quæst.2. ubi fusi ostendimus consistentiam status futuritionis conditionate contingentium eiusmodi decretis efficacibus non egere, immo verò illa potius excludere. Vniuersim autem, & qua omne decretum efficax absolute ex parte actus de conditionata futuritione actus cuiuslibet proximè formaliter contingentis, & liberi, conclu-

Christoph. de Orreza, de Deo Vno, Tomus II.

sio hæc absolute excludit. Multis rationibus ab antea dictis eius Patronis probatur, inefficacibus tamen, vt ostendimus à numero illo 8. ad 12. inclusiue: quare aliunde probanda, ostendendaque erit, vt firma consistat.

3. Vniue verò, ac solide probatur: quia eiusmodi decretum, vel est absolute irritabile, vel tollit contingentis, & liberi proximè, & formaliter obiecti sui libertatem, ac subinde tollit, destruitque obiectum ipsum suum, quod supponitur, & in quod dicitur ferri: vtrique autem contradictionem importat (nempe, vel decretum efficax Dei irritabile de se esse, posseque absolute carere effectu; vel id, quod liberum esse supponitur, siue ex suppositione, quod liberum sit, liberum nihilominus non esse) ergo eiusmodi decretum est impossibile. Antecedens probatur, quia decretum illud non regulatur per scientiam mediam, quæ essentia sua, & quæ talis futuritionem contingentis conditionati supponit: quare complacentiæ, & gaudij de ipsa, quia est concipiendis possit deferre; non autem decreto, & desiderio efficaci, vt ea conditionata sit, quam esse supponit. Quo circa scientia media solummodo potest dirigere, ac regulare decreta Dei omnino absoluta de absoluta existentia obiecti, quod conditionate fore per ipsam repræsentatur est, (ni ea aliunde repugnet de quo postea) vel decreta absoluta omnino de absoluta appositione & purificatione conditionis. Idcirco certamin. primo, numero quinto, sub finem decreta eiusmodi absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte obiecti sola scientia simplicis intelligentiæ de possibilitate contingentis effectus sub conditione illa regulari, dirigique posse breuiter notabamus.

4. Inde verò probatur facile antecedens: quia decretum efficax de futuritione conditionata contingentis proximè, & formaliter liberi, vel non connectitur de se, & natura sua cum eiusmodi conditionata futuritione, vel connectitur cum illa. Si primum; ergo poterit consistere, quin futuritio illa contingentis consistat: ergo est natura sua decretum illud efficax, & irritabile. Paret consequentia postrema. Nil enim aliud est decretum irritabile, quam decretum potens consistere absolute sine eo, quod per ipsum decemitur. Nec prima consequentia est obscurior, id enim est aliquid cum alio essentia sua, ac de se se connexum esse: neque non posse illud aliquid sine alio subsistere, ac subinde non esse connexum de se cum illo, est idem, atque sine illo subsistere posse. Si autem dicas decretum illud efficax de se, naturaque sua connexum esse cum futuritione conditionata contingentis per ipsum decreta, vt eius frustrabilitatem absurdam declines. Ergo futuritio illa conditionata contingens non est: atque adeo decretum efficax de ipsa destruit suum obiectum contradictione alia æque manifesta. Probatur consequentia, quia connexio decreti efficacis de futuritione conditionata contingentis, nequit esse consequens, & logica, ratione scientiæ conditionate, & conditionate etiā contingentis futuritionis, quæ ad scientiam huius supponitur: quia vt nuper ostendimus n.3. decretum illud scientiam mediam, ac proinde conditionatam contingentis futuritionem per ipsum decretum, non supponit, neque eius scientia potest regulari; sed sola scientia simplicis intelligentiæ de possibilitate contingentis illius, si ea adhibeatur cōditio.

5. Infero: Ergo connexio illa decreti cum conditionata futuritione est omnino antecedens: ergo eius futuritionis conditionate contingentia abolet, destruitque; subinde contradicte decretum illud de futuritione conditionata contingentem suum obiectum, vt proponebamus. Prima illatio est proximè et certa manifeste: siquidem connexio causæ cū effectu, quæ nullatenus huc supponit, vt ipsa in se sit, ac subsistat, est omnino antecedens, neque viqua potest consequens esse. Nec minus est evidens consequentia postrema. Quia connexio causæ cum suo effectu omnino antecedens antecedentem prorsus asserti, immo secum deuoluit illum causandi necessitatem quæ indifferenti potestati, seu libertati ipsius in actu primo ad illi causandam, vel non causandam contradicit: ac subinde, & libertati effectus, quæ nihil est, quam denominatio extrinseca, ab indifferenti illa potestate, & libertate in actu primo causæ, à qua ita producit, & causatur, vt ab ipsa in actu primo, & priori naturæ, & causalitatis cōsiderata absolute potuerit non produci. Quod ipsū absurdū ad contingentis absolutam necessitatem,

20 Controu. IV. de Voluntate Dei,

& destructionem suae absolute libertatis ex vi decreti huius, quandoque purificetur, ponaturque conditio eadem claritate, & certitudine deducitur. Quae vero contra nostra haec libertatis principia, ex quibus haec absurda deducimus respondere possent impugnabimus de Soaristis, & praesertim de Thomisticis nostrorum contingentium praesumptionibus inferius disputantes.

6. Dicendum in de tertio, nec posse à Deo efficaciter de cetero mediate contingentis conditionatam futuritionem. Probat facile. Quia mediata haec huiusmodi conditionata contingentis libertas, non est libertas huius contingentis in se sed participata à contingentia, & libero proximo, & formaliter conditionata, a quo mediatum illud contingens necessario procedit: atqui ex decreto efficaci conditionate contingentis proximo, & formaliter eius conditionata libertas formalis, & proxima destruitur, ut vidimus, ergo & destruitur contingentia conditionata mediata alterius.

7. Dicendum est quartò: Potest dari, daturque in Deo desiderium inefficax de conditionato contingentia tantum formaliter proximo, & immediato quam mediato. Pona est ex dictis probatio: siquidem, ut vidimus eo solum desiderium efficax contingentis conditionati utriusque relegendum à Deo est, quod conditionati contingentia sui obiecti ratione efficacie suae destruat, vel cum efficax sit, nihilominus sit irritabile, quoniam virtutis decreta de se se nec absolute irritabilia: atqui desiderio inefficaci de se se nec absolute irritabilitas, & carctia eius, quod per ipsum à Deo desideratur repugnat, nec adest connexio extrinseca antecedens, & ex parte actus primi cum contingentia conditionato, quod per ipsum desideratur, ob quam eius contingentia, & libertas destrui possit, ergo Deo eiusmodi desiderium non repugnat. Nec obest in eo statum bonitatis absolute contingentis illius non esse per nos: ac proinde neque terminare diuinam voluntatem, ut diximus non semel solum probat contra voluntatem, quae obiecti bonitate supponit, uti coplacentia, & gaudium, non autem contra voluntatem quae obiecti bonitatem non supponit, sed intendat, cuiusmodi desiderium est.

8. Sed dices: id quod desiderari potest ante sui qualem, qualem statum, & consistentiam potest placere, dum iam in eo statu est: Ergo, si bonitas contingentis conditionati desiderari à Deo ante statum conditionati potest, iam in eo statu conditionato posita poterit Deo placere contra conclusionem primam. Respondetur negando absolute antecedens, vel distinguendo illud, si malis. Ante sui statum omnis desiderii, & appetentiae voluntatis fatiatum concedo antecedens, non fatiatum omnis desiderii, & appetentiae voluntatis, nec antecedens, quandoque enim vltimus aliquid bonitatis obiecti desiderandi voluntati restat, nequit voluntas in obiecto quiescere: adhuc enim in via esse consideratur ad obiectum consequendum, cum quo pugnat illa in quiete, quae per gaudium, & complacentiam de obtento, & possessio obiecti habetur, esse, vel cogitari: cum autem ultra statum futuritionis conditionate contingentis, siue immediate, siue mediate talis, aliquid restat voluntati appetendum, nempe absolute obiecti illius existentia & bonitas de bonitate, siue de obiecto illo posito etiam in statu conditionato, nec complacere, nec quiescere absolute potest: quovis in statu absolute positum obiectum illud sit, ac videatur: ultra quod statum nihil in obiecto illo desiderare voluntas potest, & appetere, sed in illo quiescere solum, & complacere potest. Et siue desiderium illud in rei absolute, & intrinsecam entitativam existentiam fertur inefficax, etiam addit illi pro occasione, & motivo conditio, quod valde est diuersum, & replicas omnes praecellit.

9. Quod autem de facto in Deo eiusmodi desiderium inefficax, ut minimum, de conditionato contingentia detur certum mihi, & consensus consensus Patrum, & Theologorum est, ex communi illa salutis omnium hominum conditorum voluntate à Paulo in Deo asserta. 1. ad Timoth. c. 2. Omnes homines vult saluos fieri. Et ad cognitionem veritatis venire: (nam de pure possibilitate salute eiusmodi desiderium diuinum asserere pura diuinatio absque fundamento esset) quae pura complacencia non est, quia haec, ut dixi repugnat: tum quia ex ea voluntate sufficientia media semper, omnibusque ad salutem, saepe autem efficaciam adhibet, quod ex complacencia pura fieri nequit. Quod autem desiderium eiusmodi

modi efficax de se non sit, constat ex libertate, & merito operum nostrorum, ob quae salutis aeterna conferuntur, quibus & libertas, & meritum purificata conditione vocacionis omnino periret, cum conditionatum illud decretum efficaciter purificata conditione in absolute transiret operum libertati aduersum; quare, neque opera, neque salutem sub ea conditione efficaciter voluit. Sed neque opera sua via, & conditione efficaciter, immo nec inefficaciter, si homines velint: cum enim vita recta sit ipsa bona hominum voluntas, idem sub conditione sui ipsius desideratur, quod ineptissimum est, & impossibile. Unde desiderium hoc, quatenus vitae rectae nostrae sub conditione est, solum vocacionem habere pro conditione potest: quatenus vero est salutis aeternae consequenda, rectam vitam pro conditione proxima habet.

10. An vero salutis nostrae desiderium sub rectae vitae perseverantis conditione efficax sit, & si ex eius efficacia, nec decretum Dei pure conditionatum de salute sub ea conditione conferenda liberum immediate, & proximo, nec salus ipsa mediate libera, ut diximus, maneat, his esse potest: in cuius affirmativa parte nihil est absurdi. Etenim rectae vitae nostrae, quae conditio, & decreti, & salutis per illud conferenda est, libertas, & meritum cum eo efficaci desiderio de nostra sub eiusmodi conditione salutis persistat, atque aliunde ex diuina promissionis noxia sub conditione perseverantiae in vita recta factae decem omni ex parte conditionato conferendi salutem, si in iustitia perseveremus admittit Deo liberatam ex diuina fidelitate, quod solum decretum, seu desiderium efficax Dei de collatione gloriae sub ea conditione praestaret: nullum autem refert an ex fidelitate promissi diuini, an ex inimitabile antecedit Diuini decreti, & decreti de conferenda salute, & salutis ipsius sub ea hypothetici consequendae aboleatur libertas. Cum tandem ex libertate Dei in decreto suo efficaci, vel promissionis, vel condictionis futuritionis ea necessitas promittatur.

11. Sed contra secundam, & tertiam conclusionem eius voluntatem illam salutis hominum, quam de conditionata salute esse ex Patribus docuimus inuicem, seu imperabilem à Patribus appellari, quod efficacibus saltem Dei voluntatibus, & desiderijs competit, non autem inefficacibus. Augusti de spiritu & lit. c. 33. Ideo eius voluntas inuicta est, quia Deus ita vult, ut homines salui fiant, ut etiam vellet punire eos, si ipsi repugnent. Verum ipsi Augustini verbis constat voluntatem, quam inuictam vocat non esse determinate voluntatem, seu desiderium obiective conditionatum de hominum salute; sed de illa, vel de pena, & supplicio, si male vixerint, & quantum utramque efficaciam de salute sub via conditione & damnatione sub alia videatur asserere; tamen id solum probat, quod proxime dicebamus, nempe non ea sola fidelitate promissionis, sed ex decreti efficacia, & inimitabile, & decretum conferendi salutem, & salutem ipsam necessariam esse: quare decretum de ipsis non esse de obiecto suae proximo, siue mediate contingentia conditionato, de quo secunda nostra, & tertia conclusio procedebat, quam Augustini verba immediate antecedentia confirmant. Loquens enim de feriis hac Dei erga hominum salutem voluntate, & desiderio, subdit: *Per tamen eis non adimat liberum arbitrium, cum sit iniusta est eius voluntas. Huiusmodi iudicantur: quod, cum sit iniusta est eius voluntas, vinceretur autem, si mali penam possent evadere, non autem possent, & idem iniusta est: quibus ostendit ex antecedenti decreto Dei efficaci, & independenti ab illa libertatis erga suam operationem huius libertatem, & contingentiam euerit, quare, & ex decreto efficaci futuritionis conditionatae contingentiam euerit, ac proinde, & destrui decreto eiusmodi, quod esse asserunt ipsius obiectum.*

12. Nec quidquam amplius probant Ambrosij in becum recitatum primae ad Timoth. 2. verba, haec: *Si quis Omnipotens dicitur, vult omnes homines saluos fieri, qui non implentur eius voluntas? Conditio laet. Vult enim Dominus saluos fieri, sed si accedat, & ipsi velint: quo etiam pacto respondent Hieronym. Theophilus, in id Oecumenius ad illum locum, Chrysost. homilia, in id Ioan. 1. Illuminat omnem hominem, ubi etiam Theophyl. laet. Athanas. 3. de assumpt. hominis. Prosper. respondit. 2. ad objectiones Vincent. eis autem verbis & voluntas haec*

conditionata asseritur, nec inefficax sed, efficax; alioqui promptior, faciliusque solutio foret, voluntatem illam Dei conditionatam ex parte obiecti inefficacem esse, quam quod conditionis purificatio à nostro arbitrio pendeat. Sed enim, & si prompta illa inefficacia decreti solutio eius difficultatis sit, non tollit quo minus & illa ex dependentia purificationis, seu positionis conditionis abusu postre libertatis sit prompta, & expedita: quod probant Patres ea pro libito videntes, cum alia inefficacia voluntatis uti æque expedire possent. Et quidem in his voluntatibus inefficacibus ratio specialis erat, ut ad id potius recurreretur, ut vitem doctrinam nobis declararent: nempe duplicis inefficacia desiderium Dei: Sed esto efficacem illam voluntatem de hominum salute, si velis Patres isti asserant, eritne sub ea conditione efficaciter desiderata à Deo collatio ab ipso salutis, vel salus libera, & contingens, an necessaria? necessaria utique: ergo non est de obiecto conditionato, siue immediate siue mediate contingens: quare nec proprie conditionato, quod solum deabus illis conclusionibus contendebamus.

QVÆSTIO IV.

An, quove pacto Deus propter se creaturas amet?

¶ Mari à Deo creaturas propter seipsum, sensu aliquo vero, constans apud Patres, & Scholasticos est, ut eorum testimonio apud ipsos frequentibus, & scriptores omnes vulgaribus recitandis immorari sit orosum; tamen eius locutionis, non ita vulgaris, verus sit sensus Theologicus. Igitur verus communis illius propositionis sensus examinandus, statuendisque in primis erit, ut succedentium difficultatum sit expeditior decisio.

CERTAMEN I.

Ad veram quæst. & intelligentiam decisionis notata.

¶ Exacto sensus huius propositionis examini, & decisioni præmitto vulgarem, & statim finis divini finem in finem *enim*, & finem *qui*. Finis *cui* est persona, in qua complacemus, & ex cuius complacentia bona illi, commodaque volumus: desiderio quidem, quæ non habet; gaudio vero, quæ habet. Finis vero *qui* ea omnia sunt, quæ ex eius complacentia, tanquam ipsi bona, commodaque volumus iam ab ipso habita gaudio, nondum autem habita desiderio. Hæc ita apud Philosophos, Theologos, & Patres, firma, ut dignitatum loco ab omnibus habeantur, ac sine ulteriori examine & probatione (ut pone per se nota) recipi debeant.

¶ Statuo inde secundo: Nihil, quod personæ alicui boni commodumve, aliquove modo conveniens, siue proximè, siue remote non sit posse, vel ab ipso, vel ab aliis ipsi appropinquare, ut finem *qui*, nec de illo ex complacentia ipsius concipi gaudium. Ratio ex notato primo est proclivis, quia bonitas, seu boni, & amabile ut finis *qui* teste Philosopho relatum ad personam essentia sua est, quia alicui bonum, unde ille aiebat *omne bonum amabile esse* maxime autem *quicunque proprium*; & ratio vltior manifesta est. Quia, quæ alicui nullatenus convenientia sunt, siue tanquam eius perfectio, vel eius perfectionem, unitatem, & bonitatem siue integritatem essendi, atque entitatis siue intrinsecæ constituentia, vel extrinsecæ ad illam proximè, vel remote conducentia nihili ipsius, quod finis, vel non finis referre possunt: quare neque ab ipso neque ab alio ex cuius complacentia desiderari, cum absumt, nec de eis, cum absumt ex eiusdem complacentia gaudium haberi. Ergo enim sanus ex Regis Hispani complacentia opter erant museæ in Arabia, vel quod Turca barbam fricet? gaudere, quod hæc acciderint?

¶ Et inde tertio: finem *qui*, & finem *cui*, & si plerumque diversa sunt, ita vero inter se esse connexa, atque in motione intentionali sibi subordinata: ut respectu eius, quod personæ, in qua complacemus nullatenus bonum, & conveniens est, ac subinde, nec finis *qui*, esse potest finis *cui*, suam intentionalem motionem propriam finis *cui* obsequi, de Origa, de Deo Pno. Tomus II.

fortiri, atque exercere nequeat. Etsi enim plerumque bonitas, & perfectio propria finis *cui* à bonitate finis *qui* diversa sit, quia illa intrinseca personæ esse debeat, & si sæpe per extrinsecam nobis innoscat: bonitasque finis *qui* extrinseca entitativè saltem personæ, in qua complacemus, plerumque sit; at cum hæc conveniens personæ ipsi, commodaque, verè & realiter esse debeat, (ut nuper demonstravimus) motio intentionalis *cui* ad ipsi nullatenus convenientiam, amanda esse non potest: quare neque hæc ex complacentia illius motionem intentionalem finis *qui* exercere, & si eam exercere valeant respectu personæ alterius, cui aliquo modo sint verè bona, & proficua: quare quod ad motionem suam intentionalem, uterque finis, & *cui* & *qui* necessatio subordinantur.

¶ Animaduerto quartò: ex dictis controu. 2. d. 3. & hic disp. 1. q. 2. cert. 2. Deum ipsum secundum rationem summi, atque infiniti omnimodo boni, siue secundum summam suam bonitatem, solum, & adequatum obiectum specificatum amoris Divini secundum omnem suam formalitatem, & extensionem obiectivam, & modum, omnino esse; ita, ut cum primum amor sui in Deo concipitur omnis voluntatis eius tendentia, & amor ad secundaria alia, etiam extrinseca bona, quoad formalitatem, & modum omnem amoris divini habitus, conceptusque à Deo simul, semelque sit, effectusque ad extrinsecam omnia, (si per impossibile aliqua forent) quæ non eius potentia, & voluntate, sed alterius, in rebus ponerentur, quin obiecta, bonaque reliqua, quoquo modo amentur à Deo, aliquam amoris Divini, (adhuc erga ipsa) quoad substantiam, aut modum tendentia affectivæ, etiam in ipsa, ponat, ac primo conceptu à Deo amoris sui, ut summè boni superaddat. Hoc in simili de specificatio adequato Divinæ scientia citata controu. 2. d. 3. & hac controu. 4. d. 1. q. 2. certam. 2. ita in terminis, ut aiunt, ipsis probatum est, atque ab oppositionibus, quæ ex nostris statutis statuendisque conclusionibus suboriri possent, vindicatum, ut nihil iam, vel ad eius probationem, & de-
fensionem dicere hic oporteat.

¶ Denique siue è summa Dei morali bonitate in actu primo considerata, siue habituali inclinatione ipsius naturæ, & voluntati congenita (ut sic loquar) ad virtutum omnium moralium opera, & exercitium, satis Deo impulsus intentionalis, quasi actiui (non enim hic de intentionali obiectivo, qui in obiectiva earum virtutum bonitate, & honestate est loquor) esse, (v.g. iustitiæ, misericordiæ) ut nullo alio motu intentionali præter virtutum ipsarum exercendarum honestatem egeat, ut in earum opus, & exercitium prodeat promptissime. Immo eam inclinationem naturalem, & imperum actiui ut creatis miseris succurrat, bonaque creaturis largiatur nullis egeat adminiculis motiui aliis per nos, aut creaturas alias prius appositis, ut cunctantem adhuc, in exercitio misericordiæ, aut liberalitatis propositæ virtutis gratitudinis ob præstita prius à creatura, cui succurrendum, beneficiendumque est obsequia, actiui intentionali eam motionem impellatur ut benefaciat, vel succurrat: quasi solo virtutis misericordiæ, aut liberalitatis actiui intentionali impulsu, vel nullo, vel nō ita facile beneficeret, vel succurreret, nisi etiam impulsu intentionali actiui gratitudinis, (ut nobis frequenter accidit) ageretur. Notata hæc, à Deo digna Deo, cum in hac, tum in sequentibus proximè præ oculis semper habenda, ne abertetur à vero.

CERTAMEN II.

Verus, non vulgaris, Theologicus eius propositionis sensus aperitur.

¶ Communis Theologorum sensus videtur esse. Deum amare creaturas propter seipsum, tanquam propriè finem illarum suo illo amore volitum, illamque multis scripturæ locis, & Patrum probant Scholastici: quæ omnia summa eruditione, uti assolet, concessit noster Ruiz de Montoya disp. 3. de volunt. sed. 1. multas ex illis rationes Theologicas adiungens. Refert pro ea S. Thom. certam. 3. explicandum, Magistrum in 1. disput. 1. Albertum, prima parte, quæstione 79. metaph. 1. ad 2. D. 2. Alex.